

32
be anno 1384. constructa est sub
nomine Sancti Brudonis in Ere-
mo. Vide Aubertum Miram in
Catalogo Cartusiarum fol. 24.
Ex ipso constat primum huius
Cartusie Priorem fuisse V. P. D.
Michaelem Cezian.

LXV.

1234. Domus Monasteroll, in Comi. Picar.
tatu, & Diocesi Boloniensi, à dia.
Roberto Bononia, & Arvernio
Comite anno 1324. fundata est,
in loco Ecclesie Beate Mariae de
Pratis, iuxta Villam Novam,
prope Monasterolum, non Mo-
nasteriolum, ut aliqui vocant.
Vide P. D. Petrum Dorlandum
in Chronic. Cartusiano lib. 6.
cap. 28. fol. 363. & P. D. Theodo-
rum Petrum in notis ad dictum
caput, fol. 132.

LXVI.

1225. Domus Lyræ, vel Sanctæ Ca- Teuto
tharinæ prope Antuerpiam, Pri- nia.
mo

33
mo extracta, in loco ubi arx nunc
erecta anno 1325, ubi usque ad
annum 1542. perstitit, quo tunc
flagrante bello Geldro-Gallico,
prorsus demolita, atque Lyræ
translata, & à Gratiano Danear-
do Molencio, Cive Antuerpien-
si, anno 1544. dotata est. Vide
P. D. Petrum Dorlandum in
Chronico Cartusiano lib. 6. cap.
31. fol. 372. & Aubertum Miram
in Catalogo Cartusiarum fol. 21.
sed non in omnibus est audien-
tes.

LXVII.

Franc.
cia. Domus Fontis Beate Mariae,
in Valesia, (Valas) & Diocesi 1325
Suessionensi, (Soissons) in Pago
Bourfontaine, una leuca ab Op-
pido Ferremilon, ad Aquilonem
sita, à Carolo Comite Valesio
Philippi III. filio, & Philippi
IV. cognomine Pulchri fratre,
Francie Regum anno 1325. col-
tracta, à Philippo VI. Valesio,
eius filio Francorum Rege ad
D 3 fas.